

traditus est à Patre suo, in mortem, propter peccata nostra expienda, abolenda. Per antithesim, mortui Christi junxit peccata nostra, que sunt mors anime; et resurrectioni Christi, nostram justificationem, quia est nostra spiritualis resurrectio.

Et RESURREXIT PROPTER JUSTIFICATIONEM NOSTRAM; mortuus est, ut sua morte peccata nostra, anime nostra mortem, occideret; et resurrexit à mortuis, ut et nos per illum peccatis mortui justite vivamus, et cum illo et per illum in NOVITATE VITA AMBULEMUS. Hoc tamen inter mortem et resurrectionem Christi disserimus, id est, quid suā morte meruit peccatorum nostrorum remissionem; sūa verò resurrectione non meruit nostram justificationem, quia non fuit opus viatoris.

debitum aboleret: resurrexisse verò proper justitiam nostram, id est, ut suā resurrectione typum quendam nobis praeferet resurgendi ad justitiam seu vite novitatem, secundum ea que dicuntur infra, cap. 6, vel certe, ut nobis reconciliat ipse jam redivivus et immortalis justificationem nostram, quā scilicet mens nostra renovaret de die in diem, et quā inde sequi-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et in proximā accuratiā redigenda.

1º Ex hoc capite concepe, et altè mente reponde quām de fide dehebas habere quanti sit à te facienda hæc divina virtus; quanto ardore sit illus augmentum à te desiderandum et precibus continuis exposendum; et quām frequenter exercendi sint actus illius.

Onum divinarum et supernaturalium virtutum mater, altrix et conservatrix est. Omnis omnino justitia prima, secunda, tertia, continue radix: justitiam inchoat, conservat, auget, perficit; justus ita ex fide vivit, ut nulla justi sint opera, in quæ fides non influat. Sic Abraham, omnium credentium pater et exemplar, fide, ex impio factus est justus; fide, et justo factus est iustior; ac denique fide factus est justissimus, Deus gratissimus, amicus Dei. Vide vers. 2, 3; vide et vers. 4.

Sic ergo et tu, si verè fidelis es, si verè filius patriarchæ fidelium, fide jugiter vive; in omnia opera tua fides influat; illa omnia vivificet, sanctificet Deo que grata reddat. Recordare quid exterior legis, etiam evangelicas, adimplente, non justificat, nisi fide, charitate et spiritu Dei animetur. Vivā itaque fide anima, vivifica, sanctifica quidquid agis.

Hoc ut sit, hunc in Dei cultu ordinem concepe, et hanc illius ordinis observa rationem: Deus spiritus est, et quia spiritus, spirito et mente vult primariò coli: In spiritu et veritate oportet eum adorare, at Christus Dominus. Deus spiritus, universorum creator et Dominus est; hinc et corpore et universis nostris actibus et passionibus vult glorificari.

Debet ergo Deus interior et exterior coli; at com huc ordine, quod ab interiori semper incipiat omnis noster cultus exterior, et ab interiori dirigatur; interior ille sit quasi anima, exterior autem quasi corpus; interior ille cultus sit nostra vera et coram Deo justitia, exterior cultus sit quasi signaculum justitiae, v. 11.

Resurrectio itaque justitiae nostræ typus est, non causa, sicut mors causa est. Nisi fortè dicas quid passio et resurrectione Christi sunt quasi unum opus redemptionis nostræ, unaque actio Christi completa, quia simul et semel meruit peccatorum nostrorum remissionem et nostram justificationem. Vide Cornel. à Lap.

Hoc versu videtur tacitè insinuare Apostolus, fidem nostram, fide Abram majorem esse, 1^a quia Abraham et Sara erant figuratè tantum mortui, Christus Jesus verè et perfectè fuit mortuus; 2^a quia præterea credimus quid propter dicta nostra sit mortuus, et proper nostram justificationem suscitatus à mortuis. Vide corol. pietatis infra.

tut salutem, apud Deum promovere.

Illiū observa contra sterios justitiam nostram in solā remissione peccatorum constituentis; Apostolum disertè distinguere hac duo, dilectionem peccatorum et justitiam, id est, vita novitatem, velut justificatio nis nostræ partem precipuum.

sūa nostram destruxit mortem; in resurrectione suā vitam nobis communicavit; typum et exemplar novæ vite dedit. Christus ergo frequenter adorandus, et moriens et resurgens; fide vivā, mortis illius effectus, peccatorum nostrorum remissio petenda; et resurrectionis gratia et virtus invocanda.

Christe moriens et pro me moriens, sis peccatorum meorum mors; Christe resurgens, sis animæ meæ similitudinem et mortuorum. Majus ergo quid credimus quād quod Abraham creditit.

Adde quid credimus præterea Jesum pro peccatis nostris verè mortuum, et proper justificationem nostram suscitatum: qui duo sunt aii articuli naturæ incomprehensibilis; et ad quos fides nostra rursum major est, quod objectum, fide Abram. Nec hoc mirum est, si pro modo revelationis, creverit et fides. Sed bene nota quid pro modo fidei crevit et obligatio vite sanctoris; ubi enim Deus plus contulit, plus et exigit. Ille Christiani debent antiquioribus fidelibus, etiam ipsis patriarchis, esse saniores; utpote majoribus donis preventi.

CAPUT V.

1. Justificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum;

2. Par quem et habemus accessum, per fidem in gratiam istam in quā stamus, et gloriamur in spe gloriae filiorum Dei;

3. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus, scientes quid tribulatio patientiam operatur;

4. Patientia autem probationem, probatio vero spem:

5. Spes autem non confundit quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.

6. Ut quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemos, secundum tempus, pro impiis mortuus est?

7. Vix enim pro justo quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori.

8. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores essemus, secundum tempus

9. Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.

10. Si enim cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multò magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.

11. Non solum autem, sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

12. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset.

13. (Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset,

14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prevaricationis Ada qui est forma futuri.

15. Sed non sicut delictum, ita et donum: si enim unius delicto multi mortu sunt, multò magis gratia

CHAPITRE V.

1. Etant donc justifiés par la foi, avons la paix avec Dieu, par Jésus-Christ notre Seigneur.

2. Par qui aussi nous avons entrés par la foi à cette grâce dans laquelle nous sommes établis, et nous glorifions dans l'espérance de la gloire des enfants de Dieu.

3. Et non seulement dans cette espérance, nous nous glorifions encore dans les afflictions, sachant que l'affliction produit la patience.

4. La patience l'épreuve, et l'épreuve l'espérance.

5. Or, cette espérance ne trompe point, parce que l'amour de Dieu a été répandu dans nos coeurs par le Saint-Esprit, qui nous a été donné.

6. En effet, pourquoi lorsque nous étions encore dans les langues du péché, Jésus-Christ est-il mort pour des impies dans le temps marqué?

7. Car à peine quelqu'un voudrait-il mourir pour un juste: peut-être néanmoins que quelqu'un aurait le courage de donner sa vie pour un homme de bien.

8. Mais Dieu a fait éclater son amour pour nous en ce que lors même que nous étions encore des pécheurs, Jésus-Christ est mort pour nous dans le temps marqué.

9. Maintenant donc que nous sommes justifiés par son sang, nous serons à plus forte raison délivrés par lui de la colère de Dieu.

10. Car si, lorsque nous étions ennemis de Dieu, nous avons été réconciliés avec lui par la mort de son Fils, à plus forte raison, étant maintenant réconciliés avec lui, nous serons sauvés par la vie de ce même Fils.

11. Et non seulement cela, mais nous nous glorifions même en Dieu par Jésus-Christ notre Seigneur, par qui nous avons obtenu maintenant cette réconciliation.

12. Car comme le péché est entré dans le monde par un seul homme, et la mort par le péché, et qu'ainsi la mort est passée dans tous les hommes par ce seul homme en qui tous ont péché.

13. (Car le péché a toujours été dans le monde jusqu'à la loi; néanmoins la loi n'étant point encore, le péché n'était pas imputé;

14. Cependant la mort a exercé son règne depuis Adam jusqu'à Moïse, même à l'égard de ceux qui n'ont pas péché par une transgression semblable à celle d'Adam, qui est la figure du futur.

15. Mais il n'en est pas de la grâce comme du péché; car, si par le péché d'un seul plusieurs sont morts, la miséricorde et le don de Dieu s'est répandu

Dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundavit;

16. Et non sicut per unum peccatum, ita et donum; nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis deficit in justificationem:

17. Si enim unius delicto mors regnabit per unum, multò magis abundantiam gratiae, donatiois et justitiae accipientes, in vita regnabunt per unum Iesum Christum;

18. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic et per unius justitiam in omnes homines in justificationem vita.

19. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita et per unius obedientiam justi constitutur multi.

20. Lex autem subiugavit, ut abundaret delictum; ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia.

21. Ut sicut regnabit peccatum in mortem, ita et regnet per justitiam in vitam aeternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

ANALYSIS.

Stabilitas, in superioribus capitibus, nostra justificationis, ex fide Iesu Christi; nunc disserit de his justice effectibus, ex quibus illius excellenter et celsitudinem demonstratur.

Primus ergo nostra justificationis effectus est pax et tranquillitas conscientiae nostre, per Jesum Christi mediationis merita, § 1.

Secundus, adoptio filiorum Dei, et hanc ob causam, gloriatio et exultatio in spe felicitatis aeternae, filii Dei preparare, § 2.

Terter, gaudium et exultatio in ipsis afflictionibus, ut pote huic aeternae felicitati affini; quam affinitatem pulchra gradatione demonstrat Apostolus, § 5, 4, 5.

Hanc filiorum Dei gloriam sperandi, duo nobis firmissima fundamenta statuit: duo scilicet, dipiñi in nos amoris argumenta, nimirum, Spiritus sancti in cordibus

PARAPHRASIS.

1. Quandoquidem ergo ex fide, et per fidem in Christum, propter delicta nostra traditum, justificati, et a peccatis nostris mundati sumus, pacem habemus erga Deum, pacato ac tranquillo sinus animo, et a male conscientie terroribus libero, utpote Deo reconciliati, per Dominum nostrum Iesum Christum, mediatores nostrum;

2. Per quem habemus accessum ad hanc reconciliationis gratiam, in qua constanter perseveramus et de qua gloriavimus, sperantes gloriam filii Dei preparata;

3. 4. Non solum autem gloriavimus in spe future filii Dei gloria; sed etiam gloriavimus et exsultavimus in tribulationibus, utpote huic glorie affini; scimus enim quod afflictio parit patientiam, patientia probacionem, probatio spem;

5. Spes autem divina nos re sperata non frustratur, aut frustros dolere afficit; quandoquidem Dei charitas et liberalitas effusa et profusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis ut

beaucoup plus abondamment sur plusieurs, par la grâce d'un seul homme, qui est Jésus-Christ :

16. Et il n'en est pas de ce don, comme du péché, car nous avons été condamnés par le jugement de Dieu pour un seul péché; au lieu que nous sommes justifiés par la grâce après plusieurs péchés :

17. Si donc, à cause du péché d'un seul, la mort a régné par un seul : à plus forte raison ceux qui recourent l'abondance de la grâce, et du don de la justice, régneront dans la vie par un seul qui est Jésus-Christ ;

18. Comme donc c'est par le péché d'un seul que tous les hommes sont tombés dans la condamnation, ainsi c'est par la justice d'un seul que tous les hommes reçoivent la justification de la vie.

19. Car comme plusieurs sont devenus pécheurs par la désobéissance d'un seul, ainsi plusieurs seront rendus justes par l'obéissance d'un seul.

20. Or la loi est survenue pour donner lieu à l'abondance du péché; mais où il y a eu abondance de péché, il y a eu une surabondance de grâce.

21. Afin que, comme le péché avait régné en dominant la mort, la grâce de même régne par la justice donnant la vie éternelle par Jésus-Christ notre Seigneur.

Spiritus sancti dona confert et ipsam immortalitatem;

16. Est. et aliud discrimen, quod per Christi gratiam a pluribus liberemur malis quam que nobis intulit Ada peccatum : etenim ob Ada peccatum, unius tantum originalis peccati sumus obnoxii; gratia autem Christi non ab originali tantum justificat, sed ab omnibus aliis; sieque major effectus Christi gratiae.

17. Et sanè, si propter unius Ada peccatum mors per illum unum peccatorum, in omnes homines regnabit, multò majori ratione illi qui per fidem recipiunt abundantiam divinae gratiae, justitiae et omnium supernaturalium donorum, regnabunt in vita aeterna, per unius Iesu Christi meritum, quod infinitum est, et omnem omnium peccatorum malitiam supererat infusio intravit in mundum.

18. Sicut quid in Adam peccaverunt omnes homines, et consequenter quod ab Adami temporibus peccatum fuerit in mundo, etiam ante legem datum, licet peccatum tunc non imputaretur, aut vix reputaretur ab hominibus sum conceptum sequentibus, et legem nondum habentibus, que peccati fedelitate ipsis ostenderet, patet ex morte, effectu et poena peccati.

19. Ab Adam enim usque ad Moysem, per quem lex data est, mors regnabit in omnes homines, etiam in infantibus, qui propriæ voluntate non peccaverunt, sicut Adam peccavit; et qui ob eum Adam peccatum erant peccatores, et idèo mortales, et in hoc Adams Christi venturi, et rerum ab eo gerendarum est typus; quod sicut Adam omnibus à se natuœ auctor est mortis et peccati, sic Christus omnibus à se renatis auctor est justitiae et vita.

20. Lex equidem inter hoc peccatum, omnium peccatorum exordium, et inter hanc obedientiam, exordium novæ justitiae, quasi de transverso intervenit; at tantum abest ut peccatum abeleverit, in modo per eam factum est, licet per accidens, ut magis quā ante abundārit delictum : ubi autem occasione legis inuitavit peccatum, per adventum Christi superabundat gratia.

21. Ut sicut usque ad id tempus, per universum orbem, regnabit peccatum, peccatores in mortem pertrahens, ita gratia Christi, destruxit peccati regno,

regnet per justitiam, que in vitam ducat aeternam, per Jesum Christum Domini nostri merita.

COMMENTARIA.

Vers. 1. — JUSTIFICATI ERGO EX FIDE. Mirabilis hic conscientie justificationis effectus exhibet. Justificati, id est, a peccatis mundati, justitiam adepti, Deo reconciliati, ejusque amici facti; ex fide, non per legis opera, nec per vires liberis arbitrio, sed gratis, per fidem; que Dei donum est; et que primam justitiam de condigno non meretur.

PACEM HABEMUS, Gr., habemus, εγερται, Syr., habeamus. D. etiam Chrys., Theodore, habemus. An Deum, Syr., apud Deum; id est, erga Deum. Sensus est: Pacato et tranquillo ante Deum sinus animo, et à mala conscientia terroribus liberî, utpote Deo reconciliati, per Dominum nostrum Iesum Christum mediatorum nostrum.

Primus itaque justificationis nostra, seu fidei justitiae fructus, est pax, tranquillitas et fiducia conscientie, ex meritis et ob merita Christi Salvatoris nostri. Pro me Christus Del Filius mortuus est: ipsius mors et mortis merita mihi per Baptismum applicata sunt; per penitentiam et alia sacramenta quotidie applicantur; per actus fidei continuos mea, et mihi propria redduntur; hinc pax, serenitas, fiducia, in Christo et ob Christum.

Vers. 2. — PER QUEN ET HABEMUS. Gr., habuimus. Syr., accessimus; id est, qui Dominus noster Jesus Christus dedit nobis per fidem accessum et introitum in hanc justificationis gratiam.

Deus est principalis nostra justificationis causa, Christus meritorum, fides, organum seu instrumentum quo virtus sanguinis Christi ad nos derivatur. Eadem tam cum Deo in justificatione acceptam, habemus, id est, conservemus.

Vers. 2. — Per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, justificationis et remissionis peccatorum, ex qua pax ista sequitur. Sensus Apostoli: Cujus opera ac merito admissi et adducti sumus per fidem ad hanc gratiam, id est, beneficium justificationis. Porrò nondum, etsi fides sit initium et pars quedam nostra

fides est justificationis pars, et accessus ad eam, sicut ostium est pars domus.

In qua stamus, id est, in qua justificationis gratia, stamus, consistimus, perseveramus; et gloriamur in spe glorie filiorum Dei. Gr. et Syr. non habent filiorum, sed tantum gloriam Dei, id est, et de qua gloriamur, sperantes gloriam filii Dei preparatam. Gloriamur in spe, donec gloriemur in re.

Secundus ergo justificationis nostre fructus est, adoptio filiorum Dei, et gloria in spe felicitatis aeternae, filii Dei preparatae. In Christi sanguine regeneratus, factus sum filius Dei; sanguis Christi mihi per baptismum et per alia sacramenta applicatus, dat mihi ius certum ad futurum filiorum Dei gloriam; spero itaque, et firmissime spero; et in hac spe gloria et exsulto, quasi in re jam adeptus, quia spes certa ut pote in Christi sanguine fundata.

Vers. 3. — Non solum autem, id est, id solum, seu non solum gloriamur in spe future glorie; sed et gloriamur in tribulationibus, quia scilicet in hac vita ut Christiani patimur, et per quas nos oporet ad hanc futuram gloriam pervenire. Sicut operatus pati Christum... et ita intrare in gloriam, sic et operari pati Christianum, et per tribulationes intrare in gloriam, per multas tribulationes operatus nos intrare in regnum colorum. Act. 14. Gloriamur, inquam, secundum spiritum, licet doleat et gemat infirma caro, et gloriamur de tribulationibus, ut de bono.

SIENTES, ut qui scimus, quod tribulatio patientem occasionaliter in nobis producit; tribulatio enim acquirit patientia. Hoc est Dei nos affligitus voluntas; hicque divinae gracie effectus.

Vers. 4. — PATIENTIA AUTEM PROBATIONEM, id est, patientia nos reddit probatos, expertos, a vitiosis affectibus purgatos, lento scilicet tentationis igne. In igne probatum aurum et argentum; homines vero receperunt.

justificationis, recte tamen et convenienter dici quod per fidem habeamus accessum et ingressum ad gloriam justificationis: quonodo per ostium ingredimur dominum quamvis ipsum ostium pars domus sit. Fide velut initio justificationis, eo nos ulterius adduci, ut ceteris donis accidentibus simpliciter justi simus, ac Deo accepti ab aliis aeternam; et quemadmodum intendo per ostium ea quae promovetur, ut sit intra dominum, in aut, ait in conclusione.

In qua stamus, id est, constanter, perseveramus, eructi consistimus, firmi permanemus. In qua gratia, inquit, stamus, id est manentes persistimus; in qua, id est, de qua, etiara gloriamur sub spe et certa expectatione future glorie, que preparata est et per hanc gratiam prestanta filii Dei adoptivis.

Ei gloriamur in spe glorie filiorum Dei, id est, sub spe, vel propter spem, seu quia speramus gloriam preparatam filii Dei. Cyprianus habet: *Gloriamur in spe claritatem Dei*. Cuius tamen lectio sensus a priori non variat. Nam gloria Dei filii eius adoptivis communicatur.

Primum fructus et excellentia justitiae est pax, secundus est spes glorie; tertius est magnitudo animi, et letitia in adversis ob spem glorie; quartus est quod per eam efficaciter Deo amici et dicti per charitatem; quintus est quod per eam a Deo adoptatur in filios, ecce Patre gloriamur; sextus est merces vita aeterna.

Vers. 5. — Spes autem non confundit, id est, non solet pudefacere, quia scilicet sperantem non frustra-

tates in camino humilationis, Eccles. 2.

PROBATIO VERO SPEM, id est, ex probatione in afflictionibus, spes constantior et securior redditur. Deus probavit illos et inveni dignos se, Sap. 5.

SPES AUTEM NON CONFUNDIT, quia certitudinem habet, ut mox explicabitur; certitudinem scilicet moralem. Syriaca versio hos versus sic exprimit: Non ita tantum, sed etiam in oppositionibus nostris gloriamur, ut qui cognoscamus quod oppresso patientiam in nobis perfectam, patientem vero experientiam, experientem vero spem; spes autem pudore non afficit. Ex hac egregia gradatione, quan. D. Augustinus miratus est, patet quod tribulatio viam parat ad gloriam; et ideo Christianus, qui gloriatur in spe glorie filiorum Dei, debet et de tribulationibus, que ad hanc gloriam perducunt, gloriari. Hinc

Teritus justitiae christiana fructus est gloria, gaudium et exsultatio in afflictionibus. Quod alios confundit et afficit tristitia, Christianum levitatem, eique dat gloriandi causam. Quare? quia fides ei afflictionem exhibet, non ut malum, sed ut bonum, utpote affluens gloria Dei; matrem gloriae filiorum Dei. Afflictio patientem, patientem probationem, probatio spem; spes autem divina future glorie certitudinem habet, ut videbitur. Hinc D. Jacobus, cap. 1: *Omne gaudium existimat, fratres mei, cum in temptatione variis inciditis*. Hinc D. Petrus, 1 Ep. 4, 15: *Communicantes Christi passionem gaudeite*; hinc D. Paulus, 2 Cor 4, 17: *Momentaneum enim et leve tribulationis nostra aeternam gloria pondus operatur in nobis*; hinc D. Bernardus, serm. 37 in Ps. 90: *Siquidem in tribulatione spes glorie, immo et ipsa in tribulatione gloria continetur; sicut spes fructus in semine, sic et ipse fructus in semine est*.

Vers. 5. — SPES AUTEM NON CONFUNDIT, id est, spes divina, et in Dei promissa fundata, non confundit spes solum, inquit, gloriamur de eo quod dixi, id est, de gratia ista:

et gloriamur in tribulationibus, id est, de afflictionibus, pressuris ac persecutionibus, quae proper hoc gloriam, id est, quia Christiani sumus, patimur. Gloriamur, inquam, in eis secundum spiritum, tanquam de magno bono, licet infirma caro doleat. Nam tribulationes summoperiores confirmant spem electorum, quem habent de gloria futuri seculi.

Scientes quod tribulatio patientem operatur, loquuntur de justis constantibus et cordatis, qui ex tribulatione robustiores et perfectiores evadunt; non de timidis et levibus, qui tribulatione cedunt et succumbunt. Tribulatio patientem operatur, quia nobis proficit ad patientiam.

Vers. 4. — PATIENTIA AUTEM (operatur) PROBATIONEM, quia reddit eum qui affligitur, probatum et exploratum, ut cognoscat quanti Deum et cœlestia faciat, similique eum magis ac magis repugnat ab affectibus vitiis.

Probatio vero (operatur) spem, id est, spes robur et vigor. Ita S. Chrysost. et Anselm. Probatio vero spem dignitatem, excitando eam et augendo. Qui enim iam expertus est se nullis adversis a justitia et veritate fidei dimotum esse, etiam si varie tentatus sit, mirum in modum eriguntur animo in spem glorie cœlestis.

Vers. 5. — Spes autem non confundit, id est, non solet pudefacere, quia scilicet sperantem non frustra-

rantem, pudore non afficit. Deus enim in se sperantem non falset unquam, nec eum re speratâ frustrabitur. Unde hoc nosti? et unde tibi haec certitudine? Ex amore Dei mihi ex duobus manifesto: 1^o ex eo quod nobis Spiritum sanctum suum dedit; ex eo quod unigenitum Filium suum pro nobis adiuvare peccatoribus in mortem tradidit. Et haec duo sunt spei christiane fundamenta; et illius firmissime certitudinis argumenta, quibus hic utitur Apostolus, ad firmandam spem nostram: primo quidem argumento in loco v. 5; secundo autem a v. 6 usque ad 41.

Spes non confundit. Quare? quia Dei, in quem speramus, charitas et liberalitas in nobis effusa et profusa est per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, et quo divine nature consortes facti sumus, amici Dei, filii Dei, omnibusque gratis et virtutibus recipimus.

Per SPIRITUM SANCTUM QUINTO. Potest quidem intelligi visibilis Spiritus sancti communicatio, facta apostolis et primis Christianis; sed debet etiam intelligi invisibilis Spiritus sancti communicatio facta nobis per baptismum et alia sacramenta; tunc enim datur Spiritus sanctus, qui per charitatem sanctificat animam, camque virtutibus ornat, et in ea sanctificata et ornata habitat tanquam in templo.

Dupliciter itaque fit nobis dominum in justificatione; Spiritus sanctus, increata charitas, et charitas creatura, nec fallit, sed cum certò perducit ad assecutum et rem sperante a Deo. Spes, inquit Bernardus, serm. 37 in Cant., non confundit, quia infundit certitudinem; per hanc enim ipse Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro quod sumus filii Dei. Denique spes charitatis formatam intelligi, docet probatio sequens.

Quia charitas. *Del diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Quod dixi spes nos non confundit, patet utique ex charitate quam Deus nobis copiis est exhibuit, effundendo in nos Spiritum sanctum, tanquam pignus hereditatis promisus, per multiplicitatem dona quae nobis impervit; nam ex acceptis confirmatione et coram reditu suo futuris. Queres, quenam hic intelligatur charitas Dei?

S. Chrysost., Theophil., Ambros., Cajetan, et Toletrus, respondent, quodcharitas Dei sit charitas quae est in ipso Deo increata et eterna, sed eam quae est in nobis a Deo creata et donata in tempore, quam scilicet Deus nobis infundit, ut eum diligamus; illa enim propriè diffundi vel effundi dicitur, q. d. Paulus: *Spes aeternam non confundit nos, quia charitatem habemus, quia Deum diligimus*, summisque Dei amici: *Deus autem amicos suis in se sperantes non confundit, immo vero iisdem diligenterus se haec spectra eterna bona preparavit*. Augustinus ita scribit: *Charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non quia nos ipse diligit, sed quia nos facit dilectores suos*; sicut dicitur justitia Dei, quia nos justi eum numerificamus, et Domini salus, quia nos salvos facit. Plenissime etiam sensus, si charitatem Dei ultramque accipias, scilicet creatam et increatam, et de utraque hunc locum explicat Origen, Theodor., Oécum, et D. Thomas; q. d. Paulus: *Charitas Dei increata effudit se per charitatem creatam a se diffusam et effusam in cordibus nostris*. Nam charitatis Dei in cor-

increata quippe Dei charitas sese effundit per charitatem creatam a se diffusam in cordibus nostris. Et haec utraque charitas, hoc utrumque donum est primum spei nostrae fundamentum, seu filiorum Dei gloriam firmissime speramus, quia Spiritus sanctum pignus hereditatis aeternae recipimus.

Vers. 6. — UT QUD ENIM CHRISTUS..... En secundum divini in nos amoris testimonium et spei nostra fundamentum, mors Christi pro nobis adiuvare peccatoribus. *Ad quid enim, subaudi, nisi ut suam erga nos Deum charitatem ostenderet, spesque nos non confundet*, Christus, ex prescripto Patris, pro nobis adiuvare impis et peccatorum infirmitate languentibus, tempore constituto, exactis Danielis hebdomadiibus, MORTUUS EST.

Vers. 7. — VIX ENIM PRO JUSTO QUIS MORITER..... Vix enim pro alio, licet justo, quis moritur. Nam pro bono, etc.; dixi xix, quia pro justo, et sibi beneficio, forte quis sustinet vitam expondere. Bonum hinc est beneficius, benefactor.

Vers. 8. — COMMENDAT AUTEM CHARITATEM..... In hoc autem Deus summam suam in nos charitatem demonstrat et illustrat reddit; quod Christus pro nobis, non justis, sed peccatoribus; et ideo suis inimicis mortuus est. Duo perpende: primum quod mortuus est; secundum, quod pro inimicis.

dibus nostris effusio, secundum effectus divina erga nos charitatis intelligi debet, id est, secundum dona Spiritus sancti nobis collata et nobis inherentia; quemadmodum ipse Paulus exponit, cum addit: *Per Spiritum sanctum qui datus est nobis*. Unde fit consequens in nobis esse et cordibus nostris inherere charitatem reciprocem erga Deum. Nam praepice dari nobis dicitur Spiritus sanctus proper domum charitatis, quod et ceteris Spiritibus sancti charismatis excellentibus est, et maxime necessarium.

Vers. 6. — *Ut quid enim Christus, etc. Sensus est, Christi tantum erga nos fuisse charitatem, ut pro nobis quando adiuvare eramus infirmi, hoc est, variis peccatorum languoribus detinuti, et proinde etiam impisi, id est, iniusti et peccatores, mori non dubitaverit tempore a patre constituto. Tanta est Dei charitas erga nos, ut dederit nobis Spiritum sanctum, quo ex inimicis facti sumus amici; igitur non frustrabit nos spem promissionis aeternae glorie, quia si, cum adiuvare peccatores essemus, adeo nos dilexit Christus, ut pro nobis mortem offerret, quanto magis nobis iam justificatis et amicos prestabat cetera quae promisit?*

Vers. 7. — *Vix enim pro justo quis moritur*, Greco moriatur, id est, mori paratus sit. *Vix reperi aliquem inter mortales qui pro justo homine liberando velit se dare in mortem*.

Nam pro bono fortissima quis audeat mori. Dico vix reperi qui pro justo moriatur; non simpliciter nego reperi, quia fortissime reperiatur aliquis qui id faciat, id est, pro justo et bono homine etiam mori audeat, sostineat, in animum inducat.

Vers. 8. — *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis* (in nos, erga nos), *quoniam cum adiuvare peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est*. Ecce haec est charitas Dei et Christi in nos. Sensus: Magna quidem charitas apud homines estimatur, si rarissimum est, pro justo aut bono quis appetat mortem. At Deus sicut erga nos charitatem longè maiorem ostendit in eo quod pro nobis in iustis et peccatoribus Christum Filium suum mori voluit.

VERS. 9. — MULTO IGERIT MAGIS, NUNC.... Multo magis igitur per ipsius sanguinem, fide nobis applicatum, justificati, per ipsius merita servabimur ab ira Dei, in judicio.

VERS. 10. — SI ENIM CUM INIMICI ESSEMUS.... Si enim adhuc inimicos, Deo, per mortem nos reconciliavi, multò magis reconciliatos salvabit per vitam suam gloriosam. Perpende antithesis inter amicos et inimicos, inter mortem et vitam. Vtia continet omnipotentiam Christi, cui omnis potestas data est. Si ergo mortalibus adhuc Christus, pro nobis inimici suis, tanta fecit et passus est, quid vivus, gloriosus et omnipotens, non faciet pro suis amicis et filiis? certissime perficit quod copit; salvabit in aeternum quos in tempore reconciliavit. *Spes non confundit*; hanc certitudinem mihi praebet immensus in me amor Dei.

Mirus est hic locus ad firmandam spem nostram, praecepit ob immensitatem charitatis Dei et Christi pro nobis: vix D. Paulus ex illo potest exire et sibi met ipsi satisfacere, de hoc charitate cogitans et loquens. Hae charitas, inquit, omnem superat charitatem; inter homines enim vix est ulla qui mori velit pro homine sancto, etiam benefactore; Christus autem homo Deus, pro nobis peccatoribus et inimicis suis mortuus est, et cruentus et ignominiosus mortuus est. Tanta passus pro peccatoribus et inimicis, quid non faciet pro reconciliatis et amicis? Si per mortem reconciliavit peccatores, quid vivens, gloriosus, omnipotens, non faciet, ut pretio sanguinis sui reconciliatos salvet in aeternum? Hinc quis christianus, in sanguine Christi justificatus non speret? quis Christo non dicit: *Tu es, Domine, spes mea;* et te totum spero: et in mortem tuam, et in vitam tuam spero: mors tua reconciliata mea est; vita tua gloriosa, salus mea erit; per mortem tuam Deo reconciliatus, spero et quid per vitam tam salvabor in aeternum.

VERS. 11. — NON SOLUM AUTEM; SED ET GLORIARUM

VERS. 9. — Multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum. Si enim mortuus est Christus ut nos peccatores justificaret, ergo multò magis postquam per eum sanguinem, id est, passionem quo summum sanguinem profudit, justificatus sumus per ipsius ejusdem merita servabimur in extremo iudicio ab ira divina, id est, vindicta et punitione in iugis exercenda.

VERS. 10. — SI enim cum inimici essemus, etc. Quod dicit in vita ipsius, milii sensus videtur: Filio ipsius jam vivente, nec amplius morituro, presertim cum ad dexteram ipsius sedens etiam interpellat pro nobis. Diversis prepositionibus usus est Apostolus, dicendo, per mortem, in vita, quia in priori premissum significatur et meritos redimuntur; in posteriori status ejusdem feliciter regnantis, ad quem per suam passionem et mortem evectus est, id est, vita immortalis et gloria. Tamquam dicat Apostolus: Si nos inimicos reconciliati Patri Christus patiens et moriens, quanto magis reconciliatos salvabit vivens et regnans?

VERS. 11. — Non solum autem, reconciliati; sed et gloriari in Deo, etc. Gloriari, Grace, gloriari, ut participum participio respondet; non solum reconciliati, sed et gloriantes. Gloriari, inquit, in Deo, vel ut Patre, cuius filii facti sumus adoptione per gratiam reconciliationis; vel ut omnis nostra justitia, reconciliationis et renovationis auctore. Sic

IN DEO..... Non solum autem, supple, gloriari in spe glorie filiorum Dei, et in tribulationibus ad hanc gloriam conducentibus, ut v. 5 dictum est: *Hoc enim reddit oratio. Sed et in ipso Deo, glorie fonte et centro, gloriamur, in Deo, inquam, gloriari per Dominum nostrum Jesum, per quem sumus cum Deo reconciliati.*

Gloriamur ergo quod cum Deo reconciliati sumus, et quia illus jam habemus Patrem, amicum, supra modum dilectorem. Gloriari et quod, per Christum mediatorem nostrum, Deo reconciliati sumus, seu quia talem et tantum habemus reconciliationis auctorem.

Quartus hic est *justificationis effectus*, gloriatio in Deo Patre nostro, et in Iesu Christo, reconciliatore nostro; reconciliatori, inquam, nobilissimo, beneficentissimo, omnium coelestis benedictionum mediaatore. Vide Ephes. 1, 5.

VERS. 12. — PROPTERA SICUT PER UNUM HOMINEM. *Propterea*, haec particula sermonem junxit cum eo quod proxime dixit: *Per quem reconciliatio nem accepimus, causamque reddit,* cur tali et tanto reconciliatore indigemus.

Apostolus itaque de nostra cum Deo reconciliatione agens, rem, ab alteri principio repetit, seu originalem

corruptionis nostre causam ostendit, Ade scilicet peccatum; ut nostra reparatio auctorem Christum,

omnis justitiae fontem, ostendat.

Ac 4° comparat gratiam Christi cum peccato Adae, ostenditque in hoc utrumque convenire, quod utrumque ab uno homine in omnes pertransiit. *Propterea*, id est, propterea quod, quia, nam, *sicut per unum hominem*, Adamum, scilicet, ut v. 14 explicat, *PECCATUM* originale, et tota series peccatorum actualium ex originali secuta, intravit in mundum, id est, in homines incolas mundi, ET PER PECCATUM MORS corporalis, et alias penas in OMNES HOMINES pertransierunt; in quo,

enim in Deo gloriarum esse passim docet et hortatur Apostolus.

Vers. 12. — *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit.* Sicut per Adam sumus in peccatum lapsi, ita per Christum ad justitiam redire. Intendit Apostolus comparare primum hominem cum secundo, id est, Adam cum Christo, ut si dicas: Sicut Adam nunc humano generi, ita Christus profuit. *Propterea*, quia scilicet tantum charitate, ut iam ostendit, nos Christus amavit, ut sua morte reconciliaret nos Patri. Pergit enim hic Apostolus ostendere magnitudinem charitatis Christi erga homines, q. d.: *Propterea*, id est, jam ut amplius declararet, charitatem Christi in homines, propterea dico eum esse secundum Adam, eumque, propter charitatem et beneficia in homines collata, magis nostrum esse parentem, quam fuerit Adam; cum hic mortis, Christus vero vita sit auctor filii suis omnibus.

Et per peccatum mors, scilicet intravit in mundum: morte corporis intelligit. Sicut enim Adam per peccatum non solum secundum animam, sed etiam secundum corpus in derelictus mutatus est, ita in omnes posteros eandem utramque corruptionem transmisit.

Ei ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt. In quo, id est, in Adam, dicuntur autem omnes peccasse in Adam, tanquam in principio et ratiōne totius generis, quoniam in lumbis ejus erant,

scilicet Adam, Gr. ἄρτος masculini generis; ἀπορεῖ, peccatum, feminini; hinc in Greco nulla sequivocabat; in quo igitur Adamo, tanquam in fonte et principio humani generis, OMNES PECCAVERUNT. Ecce primum comparationis membrum ab Apostolo positum; at impetu spiritus abruptus, alterum comparationis membrum differt usque ad v. 18: *Igitur sicut per unius delictum, etc.*; ibi enim absolvitur comparatio. Agnoscentum est igitur hi hyperbaton, quo per longan parenthesis Apostolus et peccati originalis universalitatem confirmat, et institute comparationis dissimilitudines recesserunt.

2° Confirmat omnes in Adam peccavisse, seu quod dixit in v. 12: *In quo omnes peccaverunt.*

VERS. 15. — USQUE AD LEGEM ENIPECCATUM ERAT; id est, ab Adam usque ad legem exclusivè, seu ante legem datum, peccatum tam originale, quam actuale fuit in mundo.

PECCATUM AUTEM NON IMPUTABATUR. Gr., non imputatur, non existente lege. Quia quam lectionem sensus est: Ubi non est lex, ibi peccatum non imputatur. Sed Syria versio sicut et nostra habet, non imputabatur; Ēthiop. et Arabica, non imputabatur; id est, vix reputabatur, vix existimabatur ab hominibus solam naturam et concupiscentiam sequentibus et legem nondūm habentibus, quia peccati fortitudine ipsi ostenderet. Vel cum alii, non imputabatur a Deo ad tantam penam; ita Gagnum; seu non imputabatur tam graviter, cum lex scripta non esset, ut ait Dionysius Carthusianus.

VERS. 14. — SED REGNAT MORS AB ADAM. Probat ex effectu et pena peccati, morte scilicet, quod omnes etiam ante legem erant obnoxii peccato.

Regnat mors, et ne forte excipias infantes a peccato, quia rationis nondum compotes, addit: ETIAM IN EOS, QUÉNOS PECCAYERUNT, peccato actuali, seu propria

quando ille peccabat. Unde S. Augustinus: In quo, inquit, omnes peccaverunt, quando omnes illi unus homo fuerunt.

Apostolus autem peccatum intrasse per Adam, sicut justitiam intravit per Christum: Per unum hominem, puta Christum, fuit justitia in mundum ingressa, et per justitiam illius. Itaque vita in omnes pertransiit, in quo omnes justificati et vivificati sunt, quicunque ex Christo per baptismum et gratiam renati sunt.

VERS. 15. — USQUE AD LEGEM EXIPECCATUM ERAT IN MUNDO; de peccato generaliter loquitur, ut etiam actualia comprehendat; quorum omnium fons et fomes est origine peccatum, sive ea sint transgressiones, sive non. Non solum tempore legis, quando manifesta est transgressio, verum etiam ab initio usque ad tempus quo lex data est, peccatum erat in mundo.

Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset. Negat Apostolus sine lege peccatum imputari, non simpliciter; sive enim ante legem justi fuissent omnes, iuxta illud: *Beatus vir cui non imputari Dominus peccatum;* sed imputatid transgressionem. Quia, sicut dictum est cap. superiori, ubi non est lex, nec praeparatio. Sed quare: Si non imputabatur peccatum ante legem, quoniam tam graviter a Deo punitur legitur, ut nunc mundum diluvio derelicit, nunc Pentapolim incendio subverget, Cain vagus et proflugus esset super terram, etc.? Responsio patet ex dictis. Nam puniri fuerunt hi omnes, non ob transgressionem

voluntate, sicut Adam; sola itaque mortis illorum causa fuit peccatum originale.

Argumentum ergo Apostoli hoc est: Mors, quae est pena, effectus et comes individua peccati, erat in mundo ante legem, et regnabat ab Adam in omnes homines, etiam in illis qui actu non peccaverant, sicut Adam; ergo peccatum, quod est causa mortis, erat in omnibus hominibus, etiam infantibus, ante legem; licet tunc non repudaretur ab hominibus, natura corruptionem et solam concupiscentiam sequentibus; seu licet minus a Deo imputaretur, utpote nonnulla legi positiva expressè prohibuit. Et ne dicatur siue peccatum actuale, addit mortem tunc regnasse, etiam in eos qui actu non peccaverunt, sicut Adam, id est, in infantibus; ergo ob solum peccatum originale. Graecus textus et omnes versiones Syr., Arab., Ēthiop., habent: *Qui non peccaverunt.*

IN SIMILITUDINE PREVARICATIONIS ADÆ, id est, peccato aliquo actuali, sicut Adam, qui est FORMA FUTURI. Gr.: *Tupus illius futuri;* Syr.: *Qui est typus eius qui erat futurus*, id est, qui Adamus erat typus et figura Christi venturi et rerum à Christo gerendarum. Similes equidem sunt, sed in contrarium, Adamus et Christus; eterque caput et origo; ille peccati, hic salutis et glorie.

Adamus peccando posteritatem suam perdidit: Christus moriendo genus humanum reparavit. Adamus ergo, sui in nos peccati transfusione, figurabat Christi justitiae in nos transfusionem, quemadmodum inquit D. Chrys. Adamus omnibus a se (etiam si ligno non comedisset) auctor mortis existit, ejus, quae ob illum ilium introducta est: sic et Christus omnibus a se quamvis justè non agentibus, justitiae tamen conciliator existit ejus, quam omnibus nobis per crucem largitus est.

Adamas peccando posteritatem suam perdidit: Christus moriendo genus humanum reparavit. Adamus ergo, sui in nos peccati transfusione, figurabat Christi justitiae in nos transfusionem, quemadmodum inquit D. Chrys. Adamus omnibus a se (etiam si ligno non comedisset) auctor mortis existit, ejus, quae ob illum ilium introducta est: sic et Christus omnibus a se quamvis justè non agentibus, justitiae tamen conciliator existit ejus, quam omnibus nobis per crucem largitus est.

legis aliosq; a Deo positis (neque enim data erat lex), sed propter violata iura naturae peccatis tam magnis, tamque manifestis, ut ultimum provocaret ejus in nature.

VERS. 14. — Sed regnabit mors ab Adam usque ad Moysem. Quamvis, inquit, ante legem peccatum non imputabatur, erat tamen in mundo, et propter hoc mors ob peccatum inventa regnabit, id est, grassata est, tyrannidem exercuit in genus humanum, etiam tuto ex tempore quod legem datum antecessit. Id enim est ab Adam usque ad Moysem. Nam per peccatum mors, sive illud imputatur, sive non.

Etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prevaricationis Adæ. Id est, mors regnabit etiam in eos qui non peccaverunt actu, ut fecit Adam, puta in infantibus; ex morte enim infausti, recte colligit Apostolus corundem peccatum; quod cum non possit esse actuali, sequitur debere esse originales contrafactum ex Adamo.

Qui est forma futuri. Qui Adam est forma futuri, id est, figuram gerit ejus qui venturus erat, scilicet Christi, quem alii vocat novissimum Adam, I Corinthis 15. Sicut enim Adam et Christus velut duo principia, mutuo opposita respectu hominum. Per Adam enim peccatum et mors intravit in mundum; per Christum justitia et vita. Sicut Adam solus totam posteritatem peccando perdidi, ita Christus solus moriendo reparavit.

VERS. 15. — *Sed non sicut delictum.* Dixit versu 14 Adamum fuisse typum Christi, quia sicut ille omnibus à se natus auctor est mortis, ita Christus omnibus à se renatus, auctor est vite. Ecce similitudo. Nunc afferit dissimilitudines : nec enim, ut ait D. Chrysostomus, paria sunt peccatum et gratia, mors et vita, diabolus et Deus; sed horum discrinem infinitum.

Sed non sicut delictum. Gr., πάθησε, casus, ruina, offensa. Adami. Syr.: *At non ut lapsus; ita et donum.* Gr.: γέγονε, grata, beneficium, redemptio Christi.

Si enim unius, scilicet Adami, delictum multi, id est, omnes, ut v. 18 explicat, mortui sunt, id est, facti sunt mortales; multo magis, id est, multo copiosius, gratia et misericordia Dei, in gratia unius hominis, id est, in gratiam unius hominis. *Propter unum hominem Iesum Christum;* in plures, Gr., in multis. Syr., in multis; abundavit, quos facit pro extiritate immortales.

Nota quod *plures*, Gr. πλόύτος, multis, non est hic comparativum πλείων, et multo magis non significat multitudinem corum qui Christi gratiae participes sunt, quasi plures Christi gratiam habent quam Adae peccatum; sed significat copiam beneficiorum Christi, scilicet Spiritus sancti dona, justitiam, perseverantiam in gratia; denique vitam aeternam.

Primum itaque discrinem inter gratiam Christi et Adae peccatum, est quod longe abundantius sit Christi gratia, seu plura conferat bona, quam peccatum Adae inverterit mala. Minus nocuit Adamus quam profuit Christus, siquidem Adae peccatum vitam tantum absulit; gratia vero Christi, prater vitam redditam, multa Spiritus sancti dona, et immortalitatem ipsam contigit. De his rursus infra, v. 17.

VERS. 16. — *Et non sicut per unius delictum.* Gr.: *Per unum peccatum;* Syr.: *Neque ut delictum unius,* id est, nec ita se habet donum Christi, ac peccatum Adami. Non enim sicut Adamus, sed sicut per

VERS. 15. — *Sed non sicut delictum, ita et donum;* non similiter, inquam, è contrario comparata, id est, peccatum Adae in malum, et gratia Christi in bonum; cum huc illo sit multo potenter et efficacior. *Delictum* hic et in sequentibus vocat quod superius peccatum. Hunc delictum et offensam opponit gratiam, donationem et gratuitum beneficium Christi, scilicet ejus redempcionem, satisfactionem, meritum gratiae et remissionis peccatorum: ex quo, quasi causa, manat effectus, donum gratiae et justitiae nobis inherens, q. d. Parvus fuit et exiguis casus et ruina Adae praे reparatione et gratia Christi, quia bona et beneficia Christi longe potiora et efficaciora sunt peccato Adae.

Sed non sicut delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, et donum in gratia (per gratiam) unius hominis Iesu Christi in plures abundavit. Nam per unius quidem hominis delictum sunt transgressionem multi, id est, omnes ex eo propagati, mortem incurvant; verum multo magis per gratiam unius hominis Iesu Christi, id est, propter ejus merita, Deus in multis, scilicet omnes electos, vel omnes ad Christum pertinet, gratiae sue dona largiter effundit.

VERS. 16. — *Et non sicut per unum peccatum,* suppie, Adam infecit omnes, ita et donum, suppie, Christi, ab uno tantum peccato liberat, sed à multis, que po-

peccatum omnes inficit, ita Christus ab uno tantum peccato justificat, sed à multis et à variis peccatorum generibus.

Est altera dissimilitudo. Preccedit gratia Christi, in eo quod ab omnibus peccatis, non tantum originali, sed et actualibus liberat, cum ob unius Adae peccatum, unius tantum originalis peccati simus obnoxii; siue Christi gratia potenter ad salvandum, quam Adae peccatum ad perdendum.

Nam iudicium, id est, sententia Dei condemnatoria, ex uno Adae peccato; gratia autem Christi justificat non tantum ab hoc Adae peccato, sed et ab omnibus aliis.

VERS. 17. — *Si enim unius delicto mors regnabit per unum.* Syr.: *Nam si proper delictum unius regnabit mors, multo magis ii qui accipiunt multitudinem illam gratiae, et doni, et justitiae, in vita regnabunt illam unum Iesum Christum;* in plures, Gr., in multis. Syr., in multis; abundavit, quos facit pro extiritate immortales.

Repetit quod v. 13 dixit, sed repeat cum expressiori similitudine et dissimilitudine; similitudine quidem regni, oppositione vero mortis et vite: sicut enim Adamus regnum mortis invenit in mundum, ita Christus regnum vita induxit; in quo summa est abundantia gratiae, justitiae et omnium donorum; quam abundantissima gratiam qui accepint, regnabunt in aeternum.

Duo sunt hominibus magna et gratissima, scilicet vita et regnum; immortalitas et summus honor. Hac duo Christus dabit omnibus justis; quippe regnabunt in perpetuas aeternitas.

VERS. 18. — *Igitur sicut per unius delictum.* Syr.: *Sicut ergo proper delictum unius existit condemnatio in omnes homines,* ita proper justitiam unius futura est justificatio ad vitam omnibus hominibus.

Obedientia Christi fuit perpetua, et per omne vitam tempus; hinc in singulari numero exprimitur.

PRIMA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Animadverte quomodo D. Paulus ita fidem circa peccatum Adae docet, ut circa illud nihil curiosum aut incertum dixerit. Duo tantum nos docet Apostolus: pri-

mo, quod per Adamum peccatum intravit in mundum;

secundo, quod per Adae peccatum, mors transit in omnes homines.

PRIMA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Animadverte quomodo catholicum fidem de peccato originali, ab omnibus hominibus etiam infantibus contracto, ita stabilat Apostolus, ut et omnia hereticorum subterfugia occida.

Per unum hominem, Adamum, omnium hominum patrem et caput, peccatum, scilicet origine;

hinc in singulari numero expressum, ait D. Thomas: intravit in mundum, in homines mundi incolas; et ne per

peccatum, intelligas peccatum metonymie, seu peccatum;

et postea sine morte aeternam et gloriam adiacebam in colis. Ita Theophylactus. Nota:

non dicit Paulus: Vita regnabit, sicut dixit: Mors regnabit, quia suavis et glorirosa somnus, justificatio regnabit in vita per Christum, quam si dixisset: Vita regnabit in justificatio per Christum.

VERS. 18. — *Igitur sicut per unius delictum in omnes*

unius Adami peccatum, reatus ad condemnationem per transitum in omnes homines, sic per unius Christi justitiam, justificatio transit à Christo in omnes homines, qui credunt in ipsum. Sicut enim ad contrahendum Adae peccatum, necesse est ab Adamo nasci, sic ad justitiam Christi participandam, necesse est in Christo spiritualiter renasci, per baptismum scilicet, in quo resurgimus à morte peccati in Adamo contracta, ad vitam gratiae, justitiae et glorie.

VERS. 19. — *Sicut enim per inobedientiam.* Quia hæc doctrina magni momenti est, et quasi christianæ doctrinae caput; hinc eam aliis verbis repetit, multos hic dicens, quos ante dixit, omnes; et præsens dubitabile, exprimens per futurum, constituerunt, abhinc scilicet usque ad finem mundi. Ex hoc v. colligitur quod Adae peccatum fuerit inobedientia; nec obstat quod dicatur Eccles. 10, 15: *In initium omnis peccati superbia, quia ut ibidem dicitur, initium superbia hominis apostatare à Deo;* id est, prima pars superbie consistit in eo quod homo nolit Deo subjici, ejusque precepta servare. Itaque Adae peccatum fuit inobedientia, non secundum actum exteriorum, ut at hie D. Thom., sed secundum interiorum motum superbie, quo volunt precepto divino contra ire.

Hinc sequitur quod inobedientia sit peccatum universalis et in omnibus peccatis reperiatur. Ex eodem v. colligitur quod in Christo vera fuit obedientia, quæ se Patris sui, ut superioris, precepito subiecit; ac consequenter datum fuit illi à Patre moriendo preceptum; *factusque est obediens usque ad mortem.* Nec obstat quod dicatur mortuo ex charitate, quia, ut at idem S. Thomas, hoc ipsum quod obediuit, processit ex dilectione quam habuit ad Patrem et ad nos.

Obedientia Christi fuit perpetua, et per omne vitam tempus; hinc in singulari numero exprimitur.

SEGUNDA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Adverte quomodo D. Paulus ita fidem circa peccatum Adae docet, ut circa illud nihil curiosum aut incertum dixerit. Duo tantum nos docet Apostolus: pri-

mo, quod per Adamum peccatum intravit in mundum;

secundo, quod per Adae peccatum, mors transit in omnes homines.

UTINAM tanti doctoris imitetur sobrietatem, nec in

incertis et inutilibus questionibus tempus teramus, illis contenti que docuit Spiritus sanctus, et que Ecclesia definitivit, scilicet: *Quid Deus creavit hominem inextirminabilem;* seu, ut est in Graeco, ad immortallitatem, id est, ut esset immortalis, si Deo paruisse et in rectitudine et innocentia, in qua creatus fuerat, perseverasset. *Inuidia autem diaboli peccatum intravit, et per peccatum mors regnabit in orbis terrarum,* Sap. 2, v. 23. De Evâ nihil dicit Apostolus, sed de Adamo, quem solum comparat et opponit Christo, quia licet prima peccârît Eva, Adamus tamen primaria causa fuit peccati originalis, sicut et generationis. Unde quasi certum videtur quod si non peccasset Adam, Eva suum ad nos peccatum non transfundisset. Illa enim

homines, supple, reatus pertransiit, in condemnationem, et sic per unius (Christi) justitiam, id est, meritum, quod est causa nostre justificationis et justitiae, in omnes homines, supple donum et beneficium Christi pertransiit, scilicet in omnes homines, qui sunt ex parte Christi, ad efficientiam in eis justitiam quæ perducatur ad vitam aeternam; ac si dixisset, ad justificationem vitalém seu vivificam. In justificationem vitae, quæ à morte peccati ad vitam gratiae et glorie revocamur.

VERS. 19. — *Sicut enim per inobedientiam unius hominis (Adae) peccatores constituti sunt multi (omnes Adae posteri), ita per unius (Christi) obedientiam justitiam constituturi multi, omnes scilicet qui ex Christo per fidem et gratiam renascuntur.* Adverte hic quis et quantum fuerit fructus unius obediencie, et unius inobedientie. Nota etiam Apostolus id quod prius peccatum et justitiam dixerat, nunc inobedientiam vocare: ex quo intelligitur de actuali peccato Adae deque actuali justitia Christi, Paulum fuisse locutum.

non erat typus Christi, ut falso dixit Ambrosiaster,
sed Adamus.

TERTIA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Adverte quoniam in precedentibus versibus Apo-stolus comparet, opponat gratiam Christi cum Ade-peccato, hancque illi preponat; ob id, ait D. Chrys., voci huic, *unus, unus, sursum ex deorsum insisti.*

Ex uno facto, apud Iudeam nota et recepto, aliud factum probat, quod Iudei recipere recusant. Ni-mirum, ex omnium hominum condemnatione, ob unius Ade peccatum, probat omnium hominum, ex unius Christi Domini meritis justificationem, ut ipso Deo convenienter et credito nobis faciliorem. Igmar si factum fuit illud, mullo magis et hoc; id est, si *unius delicto mortui sunt omnes, multo magis et con-venienter, ut unus homini gratia vivant omnes.*

Est ergo haec similitudo inter Adamum et Christum, quod sicut Adam omnes perdidit, Christus omnes reparavit. Est autem dissimilitudo multiplex: prima, quod Adam unicum peccatum non transmisit; Christus ab omnibus prorsis peccatis, non origi-nali tantum, sed et actualibus liberat; et in hoc gratia Christi precepsit Ade peccatum. Altera dissimilitudo et excellencia gratiae Christi, quod Adamus peccato-su nos originalis justitiae gratia privavit; at Christus abundantiam gratiarum, justitiae et omnium donorum dedit; dat ergo gratiam uberiorē, abundanter, virtutes, que non fuissent in statu innocentie, pa-tientiam, penitentiam, martyrum, virginitatem, apostolitatem, virtutes religiosas, etc. Dat gratiam po-tentiorem; per gratiam in Adamo perditam, poterat homo perseverare; per gratiam Christi datur actu perseverare, et quidem in tanto infirmitate, inter tot hostes, constitutus. Dat gratiam intensiorē, in gradu intensiori et cum augmentatione continuo. De B. Virgine et de SS. Apostolis, et aliis insignioribus sanctis du-bitari non potest. Dat gratiam extensiorē, ad plures se extendentem ad quos non se extendit Ade pecca-tum; ad Diem Virginem, que est gratiarum pe-lagus, et quis plus habuit gratiam, quam omnes alii homines; ad angelos, quos multi credunt per Christi merita, justificatos. Dat gratiam sufficienter, cum Christi gratia sufficiat non tantum ad salvandum Ade posteros, sed et infinitos homines et mundos produc-biles.

QUARTA OBSERVATIO DOCTRINALIS.

Ex hoc Christi gratia excellentiam collige quantum

VERS. 20. — *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum;* q. d.: Obiter, et quasi furit ad tempus breve, scilicet usque ad adventum Evangelii intravit lex in mundum, ut esset Iudeorum quasi pedagogus ad Christum. *Sabiravit,* directe quidem ad hoc utili-solitus hominum mores restingeret, illosque duceret ad Christum, qui eos sanaret; sed indirecte ad id quod sequitur, scilicet, *ut abundaret delictum,* q. d.: Unde factum est abundare delictum. Vocabula enim ut, conse-quentiam significat, non causam;

Nihilam (enim) in vetum semper, cuperimusque negata.

Lex, inquit Augustinus, idea data est, ut crescente peccato, humiliari superbi, humiliati confiteren-tur, confessi sanarentur.

Tibi autem abundari delictum, superabundavit gratia.

Christo debeamus, et quae nos in hoc nostro lapsus statu solari possint, etiam per comparationem ad statum innocentie dependit. Adamus equidem fuit in gratia creatus; nos vero lapsi, per Christum accepti-mus abundantiam gratiae et donationis, ei justitiae, ut ait Apost. v. 17. In Adamo, fatetur, non fuit con-cipiente rebello, quae remaneat in nobis etiam rena-tis; at haec ipsa per Christum fit in nobis materia pugnae, et vice et triumphi. Ligno vita quidem in ho-ru statu nostro privarum; at Christus dat nobis panem vita, sacratissimum Eucharistam, panem qui de celo descendit, et qui dat vitam eternam. Tempora-liter moritur ob Adae peccatum; at per Christum re-surgemus ad vitam immortalem et gloriosam, tum anima, tum corporis.

Gratias itaque immortales et eternas Christo Jesu, Redemptori nostro, qui nobis peccatis redemptionem dedit abundantem, et superabundantem. Vide D. Chrys., hom. 10, hanc gratiarum Christi abundan-tiam mire describentem: Christus, inquit, non so-lum vulneri medicamen dedit; sed et sanitatem et polemochridinem, et honorem et gloriam, et dignita-tum longe naturam nostram superantem, etc. Multo plura dedit quam que debebamus, et tanto plura quanto more immensum ad pusillam guttam col-latum.

VERS. 20. — LEX AUTEM SUBINTRAVIT... Ne lo di-cutum v. 15: *Ungue ad legem peccatum erat in mundo,* putaret quis per legem abolitioni fuisse peccatum, op-portunè dieci hic Apostolus quod tantum abesi ut per legem Moysis sublatum fuerit peccatum, quin potius magis invaliderit. Itaque *tex Mosaica subintravit,* id est, quasi de transverso intervenit inter exordium peccati et exordium gratiae, seu novae justitiae; *ut ABUNDARET DELICTUM;* ut, significat effectum, non causam. Lex quidem intravit, et data est quasi pedagogus, ut ho-minibus patefaceret dama peccati, eosque duceret ad Christum, qui sanaret illos; sed per eam factum est, per accidens tamen, ut magis quam ante abunda-re delictum: *ubi autem abundaret delictum,* id est, postquam autem, occasione legis, invaliduit peccatum et mundus ad summum malorum venit, tunc missus est Christus, cuius adventu *superabundavit gratia.*

VERS. 21. — UT SICUT REGNAVIT PECCATUM IN MOR-TEM, Syr.: *per mortem,* ita regnet gratia per justi-tiam, etc. *Superabundavit, inquam, gratia, ut sicut*

Sensus: Ubi peccata occasio legis inundarunt, et homines convicti sunt surarum transgressionum, illi redundavit gratia, id est, benignitas et misericordia Dei peccata remittens, et dona gratificantes tribuens. Nam quanto major iniquitas peccantis, tanto major gratia remittens; et quanto maiorem peccatorum quis fuisse se agnoscat, tanto majorem gratiam sibi confiteretur imponsam.

VERS. 21. — Ut sicut regnavit peccatum in mortem, etc. Sensus est: Ut, sicut regnavit, id est, longe latèque dominum suum exercuit peccatum in morte, sive per mortem, videlicet per trahens homines ad mortem, ita etiam gratia et misericordia Dei late dominat, ad-dicens justitiam, et per eam perdentes homines ad vitam eternam, idque per meritorum Redemptoris ac-Domini nostri Iesu Christi.

usque ad id tempus, per universum orbem regnauit peccatum, peccatores in mortem pertrahens, tum temporalem, tum aeternam, ita gratia Christi, destruc-tio peccati regno, regnet per justitiam, qua in vitam

Corollarium pietatis, seu in hoc capite maxime notanda ad pietatem, et in praxim accuratius redigenda.

Adnotandi quidem sunt omnes hic, v. 1, 2, 3, 4, 11, enumerati nostre justitiae effectus, et ob eos continua Deo Patri nostro, et Domino nostro Iesu Christo, nostro reconciliatori, gratia agenda; illo vide in suis locis. At priserum imprimitur in cor-dilus nostris duo spei nostre fundamenta, v. 5, 6. Pudet nos, hominibus Dei gloria sperare, nisi firmassimum haberemus hujus spei fundamen-tum: quodnam igitur est illud? Constat evidenter quod Deus possit nobis suam dare gloriam; restaret tantummodo dubitandum an velit: at amor Dei in nos id asseretur. Unde verò hunc Dei in nos amorem novimus? Ex duobus: *Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis,* v. 5, et *qua Christus pro nobis adhuc peccato-ribus mortuus est,* v. 6, 7, 8, 9, 10. En domino divinitate in nos amoris argumenta infallibilia. Deus ita me dilexit, ut Filium suum unigenitum, pro me misero peccatore, tradiderit in mortem. Deus ita me dilexit, ut in mea per baptismum justificatione, Spiritum sanctum suum mihi dederit, eterna salutis pugna. Vide Commen-tar. v. 5 et 10.

Quis post talia divini amoris testimonia non speret? Sperent in te qui noverunt nomen tuum, Psal. 9, v. 11.

CAPUT VI.

1. Quid ergo dicimus? permanebimus in peccato, ut gratia abundet?

2. Absit! Qui enim mortui sumus peccato, quo-modò adhuc vivemus in illo?

3. An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus?

4. Consepolti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vita ambu-lemus.

5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus simus et resurrectionis crux.

6. Hoc scientes, quia veteri homo noster simus crucifixus est, ut destruerat corpus peccati, et ultra non serviamus peccato.

7. Qui enim mortuus est, justificatus est à peccato.

8. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum Christo:

9. Scientes quid Christus resurgens ex mortui-jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur.

10. Quod enim mortuus est peccato; mortuus est semel; quod autem vivit, vivit Deo.

11. Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo, in Christo Iesu Domino nostro.

perducit eternam; per Jesum Christum, qui sicut hanc justitiam in nobis efficit, ita et vitam dabit nobis aeternam.

Tu es, Domine, spes mea, Psal. 90, v. 9. Mihi adherere Deo bonum est, et ponere in Domino Deo meo spem meam, Psalm. 72, v. 8.

ALIUD ADNOTANDUM.

Duplex et in Christo spic nostre fundamentum scilicet illius et mors et vita, v. 9 et 10. Pro delictis nostris mortuus est; propter nostram justificationem resurrexit. Pro me moriens in cruce cum lacrymis et sanguinis effusione deprecatus est. Nunc in colis vi-vens appetit *vultu Dei,* et adhuc stigmatizatus orat pro me. Spero itaque in mortem quam pro me tuti; spero et in vitam misericeordem quod pro me gloriosus vivit. Si pro me peccatore tanta passus est mortalis, quid pro me penitente non faciet gloriosus et omni-potens?

Tineat quidem Christianus ob peccata sua; at multo magis speret ob Christi morientis et viventis merita. De judicio cogitans Christianus cogitet et de Christo iudice: pro me mortuus est Christus, pro me et a mortuis suscitatus; spero itaque et in eternum sperabo, et in mortem et in vita Christi. *Editemi me occidere, in eum sperabo.* Spes itaque nostra, gloriose nostra, tota sit in Christo, et per Christum in Deo, v. 10.

CHAPITRE VI.

1. Que dirons-nous donc! Demeurerons-nous dans le péché pour donner lieu à cette surabondance de grâce?

2. A Dieu ne plaise! car étant une fois morts au péché, comment vivrons-nous encore dans le péché?

3. Ne savez-vous pas que nous tous qui avons été baptisés en Jésus-Christ nous avons été baptisés en sa mort?

4. Car nous avons été ensevelis avec lui par le baptême pour mourir au péché; afin que, comme Jésus-Christ est ressuscité d'entre les morts par la gloire de son Père, nous marchions aussi dans une vie nou-velle.

5. Car si nous avons été enterrés en lui par la ressem-blance de sa mort, nous y serons aussi enterrés par la ressemblance de sa résurrection.

6. Sachant que notre vieil homme a été crucifié avec lui, ainsi que le corps du péché soit détruit, et que désormais nous ne soyons plus asservis au péché.

7. Car celui qui est mort est délivré du péché.

8. Si donc nous sommes morts avec Jésus-Christ, nous croyons que nous vivrons aussi avec Jésus-Christ;

9. Sachant que Jésus-Christ, étant ressuscité d'en-tre les morts ne mourra plus, et que la mort n'aura plus d'empire sur lui.

10. Car quant à ce qu'il est mort, il est mort seule-ment une fois pour le péché; mais quant à ce qu'il vit maintenant, il vit pour Dieu.

11. Considérez-vous de même comme étant aussi morts au péché, et comme ne vivant plus que pour Dieu, en Jésus-Christ notre Seigneur.